



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cura Salvtis, Sivæ De Statu Vitæ Mature ac Prudenter  
Deliberandi Methodus**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniae, 1716**

**VD18 13912755**

Motiva B. Aloysii, cur Societatem Jesu elegerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50144](#)

Motiva B. Aloysii , cur Societatem JESU elegerit.

1. **Q**uia finis Societatis JESU maximè accedit ad similitudinem vitæ Christi, qui est regula perfectæ virtutis; ut enim Christus propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlo , ita finis Societatis est præter propriam, etiam proximi salutem quærere.

2. Legerat in S. Thoma , illam Religionem esse perfectissimam, quæ ad docendum, concionandum, saluti animalium consulendum labores & studia confert : qui dicit : aetum ex charitate docendi alios esse perfectiorem martyrio ; unius enim animæ salus plus placet DEO, quam proprii corporis carnificina, severissima jejunia, &c.

3. Non tantum spectabat , ubi salvare, sed ubi magis DEI gloriam , & sic suum erga DEUM, & proximum amorem luculentius testari posset ; optabat ad Indos & Japones mitti ; fidem Christi propagare ; sanguinem fundere.

3. Credebat Societatem omni statu , conditioni prodesse ; Regibus in Aula , mendicis in hospitali , parvis in schola , magis in concionibus , omnibus in sa-

cro tribunali , dñmi & ruri, & militiæ servire ; omnibus omnia fieri.

5. Desiderabat specialiter Juventutem DEI timore & amore imbuere ! Sperabat in Societate sibi occasionem fore in Gymnasiis, Catechesibus, Soda- litiis, &c. id præstandi.

6. Reputabat secum , quod de suis talentis facilius DEO esset rationem redditurus, si ea DEI Gloriæ & animarum saluti impenderet , quam si otiosa sepeliret.

8. Sperabat se majori cum lætitia moritum, si plures secum ad cœlum duceret : *Vix dignus olymbo est, ad superos, nullo qui comitante venit.*

8. Ut fugeret dignitates Ecclesiasticas, elegit Societatem ; cum sciverit in ea votum emittri non modò nullam dignitatem quærendi , sed nec ultrò oblatam admittendi , quam humilitatem judicabat DEO charissimam, & homini se curissimam esse.

9. Videbat Societatem plurimos habere adversarios, tot libros contra illam scriptos, tot quotidiè jactari calumnias, ideo beatam judicabat , & Christo propter Justitiam patienti valde confor-  
mem;

mem ; evertendam pridem, nisi à DEO  
specialiter protegeretur.

10. Audiebat aliorum de Societate  
judicia valde honorifica : S. Theresiæ,  
quæ revelatione didicit hoc Societatis  
JESU esse privilegium , ut mortuum Je-  
suitam obvius JESUS excipiat. S. Joannæ  
Virginis Neapolitanæ, cui Christus di-  
xit : *Societas JESU mea est , & illam*  
*teneo semper intra cor meum ; & non pos-*  
*sum ferre , ut in ea sit , qui habeat no-*  
*tabiles defectus.* S. Philippi Nerii ,  
qui saepius desideravit admitti ad So-  
cietatem JESU , qui dicebat : *Fili*  
*Ignatii , qui perseverant in Societate , &*  
*ibi moriuntur , sunt Sancti.* Legit pari-  
ter in Annalibus Ordinis S. Francisci  
apud Boverium, quod P. Madresio Regis  
Catalauniæ Confessario revelatum fue-  
rit : *Quicunque moritur in Societate JE-*  
*SU , eum vita fruiturum sempiterna.* Ut  
& Sanctum Franciscum Borgiam cæ-  
litus didicisse , id à DEO Societati  
datum esse privilegium , ut per trecen-  
tos annos , nullus , qui in ea moritur , sit  
damnandus. Legit hæc & veneraba-  
tur, sed eadem vitæ sanctitat confirmata  
cum ibat.

11. Ingens utilitas , qua toti orbi ,  
pro-

proque omnibus Ordinibus, & Statibus  
subjecta & instrumenta præclara per  
doctiores scholarum erudit. Certè an-  
te scholas à Societate apertas Religiosi  
valdè pauci erant in multis claustris,  
quæ nunc præstantibus viris abun-  
dant, quorum plerique in Societatis di-  
sciplina eruditi vocationem Religiosam  
obtinuerunt.

Considerationes, ob quas B. Aloy-  
sio Parens ingressum in Societatem  
JESU dissuasit.

1. **H**ortabatur filium Parens, ut si fi-  
xum animo esset Religionem in-  
gredi, talem eligeret, in qua constanter  
viveret, ac moreretur. In Societate  
portam dimissioni semper patere aper-  
tam, nec paucos esse, qui Societatem  
post plures etiam annos deserant. Quæ  
hinc familiæ confusio?

2. Ex aliis ordinibus patere viam ad  
Cardinalatum & Episcopatum, hos  
proinde pro familiæ honore præferat,  
non difficile futurum, ut ad primas in-  
fulas perveniat.

3. Religionem suadebat ut ingre-  
deretur, non ita passim exosam plurimis,  
nec solùm hæreticis, sed & aliis.

4. Con-